

xxxvii

QUOSIMQ; MODO ACCIPIENDA. QUAE DICTA SUNT.

Omnia tamen quae de hinc diligentius expetenda sunt. summam nunc acbreuitate attempauimus. ut interim in superficie quadam. haec animi lectoris affuefaciant. ^{animi} quae in interiori scientiam posteriori tractatione descendat. Nunc uero quod erat pythagorici in more. ut cum quidam magistero pythagora diceretur. hinc nullus ratione petere audebat. sed erat ratio. docentis auctoritas. id quae fiebat. quae uero ^{etiam} firmior edocentia. roboratus. ipse earundem rerum ratione. nullo & iam doctore reperire. haec etiam nunc lectoris fidei. quo proponimus commendamus. ut arbitretur diapason. in dupla diapente in sesquialtera diapente in sesquialtera diapente ad triplon in tripla. bis diapason. in quadrupla proportione consistere. Post uero & ratio diligentius explicabitur. & quibus modis aurium quoque iudicio consonantiae musicae colligant. Cetera quoque omnia quae superius dicta sunt. amplior tractatus edisserere. ut tonus sesqui octauam faceret. proportione. cumque in duo aequa diuidi non posse. sicut nullam eiusdem generis proportionem. id est super particularis. Diapente etiam consonantiam duobus tonis semitonisque consistere. Semitonumque uero esse duo. in auius acuminis. Diapente autem tribus tonis acuminore semitonio contineri. Diapason autem quinque tonis ad duobus minoribus semitonis expleri. neque ad sex tonos alio modo peruenire. haec omnia post uero. & numerorum ratione. & aurium iudicio comprobabo. atque haec haecenus.

QUID SIT MUSICUS

Nunc illud inueniendum. quod omnis artis. omnisque etiam disciplina. honorabilioris naturaliter habeat rationem. quam artificium. quod manu atque opere exercet artificis. Multo enim manus atque ueritatis uere quae quisque faciat. quam ipsum illud efficere quod sciat. & enim artificium corporale. quasi seruum ueniens famulatur. ratio uero quasi domina imperat. & nisi manus secundum id quod ratio sancti efficiat. frustrabitur. quanto igitur praeclearior. Scientia musicae. in cognitione rationis. quam in opere efficiendi atque accu. tam scilicet. quantum corpus mente superat. quod scilicet rationis experti seruitio degit. Illa uero imperat. atque ad rectum deducit. Quod nisi eius pareat imperio. ex per se opus. rationis. turbabit. Unde fit ut speculatione rationis. operandi accu. non negat. manu uero opera. nullas sine ratione ducant. Iam uero quantum sit gratia meritumque rationis. hinc intellegi potest. quod ceteri ut adicam corporales artifices. non ex disciplina. sed ex ipsis potius instrumentis. coepere uocabula. Nam et charyades. exorchaya. Auloedus. exabia. caeteraque. suorum instrumentorum. uocabula. nuncupant. libro. musicus. qui ratione perperis. canendi scientiam non seruitio operis. sed imperio speculationis. assumit. Quod scilicet in aedificari. bellorumque opera. uidentur. in contraria scilicet. nuncupatione uocabuli. Eorumque nominibus. uel aedificia inscribunt. uel dicuntur triumphis. quorum imperio a ratione instruitur. non quorum opera seruitioque profecta.